



CAtalogus sancto//rum [et] gestor[um] eor[um]

Petrus <de Natalibus>

Lugduni, 1508

De s[an]cto Mariano [et] iacobo mar. Cap[itulum]. ciiij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70797)



De eps in greciarū

Ho eps in greciarū partibus natus oīa in seculo abdicauit pro xpo crucēq; eius tolens: et si non corpore martyrium passus est aīo. Qui etiam in vita sua miraculis claruit. Nam mulierē a graui corpore lāguore sanauit. Et in samo isula in pace quieuit. Eius corpus dū inde greci nauiglo transferre nixi sunt: inde se nunq; mouere potuerūt: donec corpore quod amouerāt suo loco reposito ab eūdi facultatē obtinuerunt. Post multum hō temporis veneroz naues in ipsius insule portu degentes: corpus sancti in eius solemnitate que tunc ueneris ibi existentibus cōtingit: vltz tertio kalen. mañ deuotius uisitarunt: missaq; solēnter celebrata inde discedere curauerūt. Exeūtes quoq; portū exorta subito tēpestare redire coacti sunt: post mozulā hō mare seclato iterū exierunt: iterūq; aduersantibus uentis retrocedere cōpellunt. Tunc cōi cōsilio habito sanctū corpus inde leuantes ad nauem deduxerūt: et cōtinuo oī tēpestare ppulsa flante uento p̄pero deuenērūt motuonū. Ubi uox de celis insonuit inquitens: hoc est corpus epi leonis. Inde uenientes sacynthum uisa est aq̄la alis extēnsis sup corpus excubare: q̄ illos ad uitra cedendū signo monstrauit alarū. Dūq; alie naues tēpestatē et naufragiū ac pene p̄ceptū patere n̄: sola illa in qua sc̄m corp⁹ quiescebat illibata permansit. Et quoties luminaria circa corpus accensa flante uento extinguebant: toties per seipsa diuinitus accendebant. Venientes autē ad portū uestis ab epi loci ipsius uisitans. Qui cū aliquid ex sacris reliquijs obtinere p̄ceibus: aut p̄ceio minime potuisset: aquā tamē lotionis sacrozū membrozū impetrauit. Celebrataq; missa cum corpus aqua diluisset: et ex ipsa cū dā languētī presbytero in portū dedisset: mox ille sanatus qui ab alijs delatus fuerat incolumis ad ecclesiā suā perrexit. Tandem uentis nante illi applicantes leoni methamaucensī epi corpus concesserūt: qui ip̄m cum summo gaudio percipiens honorifice cōdidit: ubi cec̄ illuminatus fuit: et eger manū habens aridam sanitatē recepit. Processu hō tēporis methamauco a mare submerso: corpus illud ad monasteriū sancti seruuli martyris translātū est. Cuius festū agif. iij. ka. en. mañ.

De sancto Roberto abbate. Cap. ciiij.



Obertus

Robertus abbas et fundator ordinis cisterciens. fuit: qui dū in molisimo monasterio episcopatū lingonē. abbas eēt: quod tūc cenobiū erat fama celeberrimū et diuitijs opulentum: q; hec plerūq; solēt aīos ad lasciuā p̄uocare: cupiens uir sanctus arduore uitaē eligere cum. xxi. ex monachis eiusdem loci uiris perfe-

ctis: post multos labores et itinerū difficultates cistercium deuenērunt: qui tunc horozis et vaste solitudinis locus erat: ubi anno dñi mille simo nonagesimo octauo. sanctus robertus auctoritate fult? hugonis lugduñ. archiepi tunc apostolice sedis legati et galteriū cabilonē. epi necnon odonis burgundie ducis in cyri abbati construxit: et ordinē qui cisterciē. dicitur inchoauit. Post aliquod hō tempus a molisimē sibus monachis requisitus ipsum monasteriū sue regule ac ordinis adiecit: et ex utroq; unum corpus effectit. Sicq; sanctus abbas ordine in tatio satisq; dilatato sanctis operibus deo seruans laudabiliter uixit: et claris uirtutibus ad xpm migravit. iij. kalē. mañ. Sepultusq; est in abbatiā cisterciē. ubi et miraculis pollet. Anno autē. xliij. post ordinis fundatorē sanct? bernard? ordinē ip̄m ingressus tam merito q̄ numero lozorum et fratrum ip̄m mirabiliter adauit: ut in eius legenda dicitur. xiiij. kalen. septemb̄is.

De sancto Mariano confessoze. Cap. ciiij.



Mariano monachus

Mariano monachus bituricensis. natus tempore sancti alodij successoris sancti germani circa annos dñi. cccclxxx. claruit. Qui a sancto mamertino abbate in prefato monasterio monachus factus est. Eiq; idem pater officium alendozū animalū commisit: quod ille grateranter suscepit et humiliter adimplere curauit. Die quadam ap̄um a canibus et uenatoribus fugatum ad se fugientem benignus excepit: canibusq; ut animal dimitterent imperauit. Qui et eo die domesticus effectus sanctum uti catulus sequebatur. Die domini eo ad ecclesiā pergens ut sibi mos erat: fratrem secum ducit inuitus eo q̄ ille debebat ipsa die fratribus ministrare. Et dū audientes missam nimis tardarent: illeq; ad horā se nō posse redire puraret: finito euangelio equum ut abiret ascendit: sed nequaq; ip̄m inde mouere potuit: donec seip̄m deliquisse cognoscens ad ecclesiā rediit: et usq; ad finem misse cū maria no permansit. Et ad horā reuersus suum ministerium adimpleuit: uir autem domini in monasterio fontaneti in pace quieuit. iij. kalen. mañ. corpusq; ei? inde delatū antistodozi in suo monasterio sepultus est.

De sancto Mariano et iacobo mar. Cap. ciiij.



Marianus

Marianus et iacobus martyres apud urbē lābasitanā sub decio passi sunt. Quorum p̄tor lectoz: alter hō diaconus extitit. Qui pro confessione nominis christiani in ciuitate circensis colonia tenti grauissimis supplicijs excruciatī sunt. Post que marianus per apices pollicū suspensus graui pōdere pedib? inuexo crudeliter tortus est. Deinde aq; collega dudū in carcere ma-

De sanctis in mēse aprilis occurrētibus Fo. c.

ceratus: vbi diuinis reuelationibus sepius cō-
fuzatur. Tandem ad prefaram urbem lambasi-
tanam directi: et iterū diutius in ergastulo vin-
cti: sed diuina rursum visitatione alleuiati. No-
uissime cum multis alijs gladio cōsumati sunt
p̄dicte kalen. maij.

¶ De sancto eutropio ep̄o et martyre. Cap. cv.



Eutropius ep̄us et

martyr sancti Dionysij conso-
cius fuit. Cuius passionē idē
dionysius grece scriptā p̄ ma-
nū pape clemētis dirigit athe-
nas. Hic fuit filius terris ad-
mirandi babilonise persarū regis et guine regis
ne. Qui a pueritia lris grecis et chaldeis edo-
ctus liberalibusq; sciētis ibat: curiositate oz
bem lustrare desiderans: a patre licentiā circū
eundi obtinuit: a quo et nicanorē pedagogū ac-
cepit: herodemq; regē in galilea adiit: vt in ei-
curia aliquid conspiceret nouitatis. Auditoq;
de iesu miraculis qui eo tēpore in illis partib;
predicabat: ad eū accessit: quem vidēs et audi-
ens h̄ gentillis reuereri cepit. Fuitq; presens
miraculo quādo x̄ps ex quib; panibus quinq;
millium hominū satiāuit. Quo viso in ipm cre-
dens eidem vt discipulus adhefferet: nisi peda-
gogus r̄muisset. Sed adorato in hierosolymis
templo domini moze gentiliū ad patres redijt:
et visa sibi nūciāuit. Rursum quoq; amore fla-
grans iesu licentiā a patre petita post annus in
iudeam reuersus est. Et cū iesus die palmarū
venisset hierosolymā sedēs sup asinū eutropi-
interfuit: et vna cum ceteris flores et ramos in
viam strauit. Fuitq; de numero illorum gentis
lium qui accesserūt ad philippū vt iesum vide-
rēt: vt dicit̄ Job. xij. Audito autē q; etiā iudei
eum occidere querēbāt: repatriāuit: ne r̄tū viri
mortes cerneret: vel si mors ipsius tardaret: vt
ei cum suis gentibus adiutorium cōtra iudeos
conferret: cū tacta vna patri rettulit. Audies q;
iesum occisum vehemēter doluit: sed post ipz
resurrexisse intelligens per ea que de eo vide-
rar: credidit: et de eius resurrectione cōsolatio-
nē nō modicā recepit: vnde et in vltionē mortis
christi: oēs iudeos quos in regno paterno rep̄-
perit: occidi mandauit. ¶ Post aliquod h̄o tē-
pus p̄dicatibus apostolis simone et iuda apud
perisidē. Eutropius cum patre et regno creden-
tes ab eisdem de christi fide plenius edocti et
baptizati sunt: vbi et apostoli ab dīam ep̄iscopū
et eutropiū diaconē ordinarūt: vt in eoz passio-
ne dicit̄. v. kalen. nouemb̄ris. Et dū p̄dicti apo-
stoli pro x̄po passi fuissent: eutropius eoz gesta
et passiones conscripsit. Deinde patre iam sene
seculo abrenūcians romā venit: et a beato petro
apostolo ad gallias p̄dicādas missus accessit.
Ingressusq; ciuitatē santonas cum x̄pm predi-
cāret ab infidelibus celus: et de vrbē electi sibi

tugurium extra muros cōstruxit: vbi noctibus
ozationi: diebus h̄o p̄dicatōni insistebat. Cuz
aut multo ibidē tēpore cōmoratus fructū mo-
dicum predicationis fecisset: eo q; decem viros
solūmodo cōuertisset. Romā repedans beatū
petrum apostolū passum repperit. Et a serō cle-
mente eius successore ordinatus santoneū. ep̄s
scopus beatorū dionysio sociatus euz codē ite-
rum ad gallias adiit. Deueniēsq; santonū filiā
p̄ncipis virgines Eustellā nomine conuertit:
et sacro velamine virginitatis cōsecrauit: mul-
tumq; populū signis clarens dño acquisiuit.
Cum autē eustella cum eutropio extra vrbis
mentia in h̄ginitatis proposito deo seruiēs mo-
raretur: pater missis satellitibus sanctū occidi
mandauit. Quem illi primo lapidibus: deinde
plumbatis cedentes nouissime securi illis ca-
pite peremerūt. Cuius corpus eustella in eius
tugurio sepeliuit: ibidem quoq; omni tēpore
in ozonibus p̄māsit. Que cū migrasset ad x̄pm
apud magistrū suū sepulta est: vbi et ecclesia a
xp̄ians p̄cessu tēpis fabricata vtriusq; corpus
quiescit miraculis redolens. Passus est autē
sanctus eutropius p̄dicte kalen. maij.

¶ De sancto zosima abbate. Cap. cvj.



Zosimas abbas i pa-

lestine partibus circa egyptuz fuit.
Qui adeo reputabatur sanctitate pol-
lens: vt de longinquis regionib; ad
eius cellā fratres accederent: et ab eo edifica-
ti vite pabula reportarent. Hic annis quinq;
gintatribus in heremo permanēs infestatus a
quibusdam cogitationibus quasi perfect; eēt:
et nullius doctrina indigeret: a quodam sibi se-
niore apparente moneretur: vt se sequat; et perfe-
ctiores se inuentret. Quē securus ad quoddam
monasteriū iuxta iordanē peruenit: quē abbas
cenobij benigne suscepit: et cum intra monaste-
rium introduxit. Ibiq; zosimas ante pluribus
commoratus perfectiorem didicit vitam. Nam
monachi illi die dominico ad ecclesiam conue-
niebant: vbi missa celebrata cōmunionē sumes-
bāt: completisq; orationibus et officio duobus
ex fratribus pro diuinis celebrandis perices
i monasterio dimissis: ceteri modicos cibos de
cenobio sumentes asportabant: et exentes ses-
gregatim ac solitarie totam hebdomadā in he-
remo peragebant. Rursumq; die sabbati in se-
ro ad monasterium cōueniebant. Ubi zosimas
multis diebus deo seruiēs: eādem egressus di-
uina dispositione et itinere viginti dierū solitu-
dinem peragrās: mariā egyptiacā inuenit: cui
et anno sequenti dominicū corpus attulit: et mor-
tuam sepeliuit: vt supra in eius vita actum est
iij. non. aprilis. Reuersusq; ad monasterium
prefatum omnia visa abbati et fratribus retu-
lit. Et post tempus aliquod in ipso loco vitam
in pace finiuit p̄dicte kalen. maij.